nihilo habentur: à nequissimis bipedum Dei violata autoritas, vio-
lata lex Dei: religio venalis fuit, quae nisi quaesita erunt, nisi vindic-
tum in acerrimos avitae religionis hostes, quid erit reliquum, nisi ut
illis, q[ui] Baalis cultum nobis obtrudunt invitis, obedientes tandem
vivamus. Nec ego vos, Viri Israëlitae, hortor, uti jam malitis, quam
perperam quam recte fecisse, sed, ne ignoscendo Baalitis bonos
omnes perditum eatis; Agite itaq[ue], viri armati, comprehendite vo-
qui Dei numen et nomen in Israël habitantis, foedis modis vio-
lant, Baalitas puto, eosq[ue] sicuti pecora trucidate, ne inulti ad
orcum descendant.

Sebastianus Seifertus
Boleslâ-Silesius.

C. MEMMII
Orationis
IMITATIO III.
in
Civili Hypothesi,
quâ sc.
Rex Suec[orum] Gustavus Adolphus Austriacis ob
acceptas injurias ab iisdem infensus
Proceribus regni bellum
Germ. suadet.

Multa me dehortantur, Praeillustres regni Proceres, à Germanico
bello, ni studium orthodoxae religionis omnia superet, Ligae Papisticae poten-
tia, jus nullum, at maximè, quod Ecclesia Christi plus periculi hodie est quam
honoris. Nam illa quidem piget dicere, hactenus quam ludibrio Austriac